



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in c. Administratores 23.
q. 5. Form. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Ecclesiastico , tenentur præstare bracchium sacerdotale pro exequitione sententiarum , & mandatorum ejus , quod si illud judicialiter deinde moniti concedere neglexerint , potest Episcopus , sive aliquis Judex Ecclesiasticus , qui habet jurisdictionem excommunicandi , il-

los à communione Ecclesiæ repellere , & excommunicare . Unde si detur causus denegationis , & Episcopus judice expedire hoc remedio uti , & eos ita compellere , factis monitionibus , devinit ad declaratoriam modo sequenti.

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A I X.

Visa requisitione implorationis auxiliū brachii sacerdotiale Judici N. nomine nostro honorifice facta de , & super exequitione sententiæ (seu manda- ti) per nos judicialiter latæ contra N. de crimine processato , convicto , & ser- fer. condemnato : visis monitionibus deinde contra eundem Judicem renitentem , ad præstandum d. auxilium cum præfixione termini , & comminatione excom- municationis , legitimè exequitis , & nihil relevans : quod eum excusare possit deducto , & attenta ejus culpabili negligentia , & contumacia in re gravi propter quam ea , quæ Deo sunt placita prosequi non possumus , ideo duximus esse ex- communicandum , & a communione Ecclesiæ repellendum , prout excommuni- canus , & a consortio , & a communione fidelium reppellimus , separamus , donec paruerit : & auxilium præstaverit , Cedulones decernimus , & excom- municatum declarari , & denunciari , volumus , & mandamus omni &c.

Ita pronunciavi ego N. Vic. Gen.

N. Attuarius.

S U M M A R I U M .

- | | |
|--|--|
| <p>1 Judex laicus requisitus , si denegat suum auxilium est cogendus censuris , & n. 7.</p> <p>2 Monitiones contra Judicem laicum , qui auxilium dare recusat , quomodo sint concipiende , offenditur .</p> <p>3 Unica monitio pro tribus quando sufficiat , & qua forma sit concipienda , offenditur .</p> <p>4 Judicis arbitrio remittitur intervallum dierum inter unam , & alteram mo- nitionem requisitum .</p> <p>5 Monitio facta cum termino , qui nimis arctat , est nulla .</p> | <p>6 Judex laicus in quibus casibus possit suum auxilium , sive brachium de- negare , offenditur .</p> <p>8 Judex laicus denegans suum auxilium Judici Ecclesiastico , compellitur cen- suris , etiam in causis mixti fori .</p> <p>9 Judex laicus denegans suum auxi- lium pro tuenda clausura Monia- lium , excommunicationem incurrit ipso jure .</p> <p>10 Clerici non debent inservire Episcopo in officio Satellitum .</p> <p>11 Clerici in civilibus de commissione Epis- copi , possunt intimare mandata : Et Episcopus per modum defensionis gladio temporali uti .</p> |
|--|--|

E s De-